

Involucris squamæ exteriores adpressæ, margine angusto-membranaceæ, ovato-lanceolatæ, cœcorniculatæ. Flores dilutissime rosei, albi aut lutei.—Proximum videtur *Tar. bicolori*, sed folia nunquam runcinata et locus natalis diversissimus. 2.

523. *Taraxacum Bithynicum* DC. prodr. 7 p. 149 n. 27.—Cum descriptione Candolleana omnino quadrat. Achænia oblonga, latiuscula, rostro suo triplo longiora, striata, glaberrima. In glareosis summarum alpium Alatau ad fl. Sarchan rarissime. Medio Julio vix florens. 2.

524. *Crepis rigida* W. et K.

Triplex hujus plantæ datur varietas, nempe:

*α communis*, scabriuscula, involucris farinosis eglandulosis, ramis inflorescentiæ abbreviatis erecto-patulis.—*Crepis rigida* DC. prodr. 7 p. 160 n. 2.—Hab. in Hungaria, Tauria, Caucaso, Persia.

*β Lessingiana*, aspera, involucris farinosis glandulosisque, ramis inflorescentiæ abbreviatis erecto-patulis.—Ad fl. Jlek provinciæ Oropolitanæ lectam vidimus in herb. cl. Lessing.

*γ Songorica*, aspera, involucris farinosis glandulosisque, ramis inflorescentiæ elongatis subfastigiatis. Habitu a præcedentibus recedit, sed ope varietatis *β* cum planta communi jungitur.—Hanc in lapidosis montium Alatau in-

ter fluvios Baskan et Sarchan Julio mense florentem legimus.

525. *Crepis multicaulis* Ledeb. Fl. Alt. 4 p. 125. In glareosis ad fl. Lepsa, Sarchan et Aksu montium Alatau; alpes sæpe ascendit. Fl. exeunte Junio et Julio.
526. *Heteracia Szovitsii* Fisch. et Mey. DC. prodr. 7 p. 178. In fossis arenosis Songoriæ prope fontem Sassyk-pastau. Primis diebus Junii mensis jam dellorata.
527. *Pterotheca bifida* Fisch. et Mey. Ind. 4. sem. hort. Petr. p. 43. Cum præcedente, ineunte Junio florens.
528. *Sonchus uliginosus* MB. DC. prodr. 7 p. 186 n. 17. In pratensibus Songoriæ ad fl. Lepsa. Augusto fructificat.
529. *Hieracium echioides* Lumnitz. DC. prodr. 7 p. 206 n. 27. In montosis apricis Alatau ad fl. Lepsa, Sarchan et Baskan; nec non in collibus Songoriæ hinc inde. Fl. Julio.
530. *Hieracium vulgatum* Fries. DC. prodr. 7 p. 214 n. 58. In sylvaticis montium Alatau ad fl. Sarchan et Baskan. Fl. Julio.—Ad hoc pertinet *H. sylvaticum* Kar. et Kir. enum. loc. cit. n. 563.
531. *Hieracium umbellatum* L. DC. prodr. 7 p. 224 n. 98. In montosis apricis Alatau ad fl. Lepsa, Sarchan et Baskan. Fl. Julio.
532. *Mulgedium azureum* DC. prodr. 7 p. 248 n.